7 REGE iusto melius est regi quàm iusta lege. in l. pñti. nu. 1. C. de his qui ad eccle. confu. 27
8 Rex si cognoscit vt dux vel vt comes appellat̃ ad superiorem ducatus, vel comitatus nõ ad superiorẽ regalis dignitatis. in l. si qñ. n. 2. C. de appel. 163
7 Rex si habeat filium naturalem ex cõcubina & postea acquirat legitimũ naturalem deinde legitimet filium naturalem ad secundo natum pertinebit regnum. in l. quoties. nu. 4. & 5. C. de rei vendi. 182
8 Rex ī regno vicẽ imperatoris obtinet. ī l. cũ multa. n. 7. C. de bo. que lib. 133
3 Casus in quo receditur à rigore iuris propter æquitatem superuenientis casus incogitati. in l. cum hæreditate. nu. 2. ff. de acqui. hære. 130
2 ROMA est communis patria & quilibet ibi repertus potest conueniri. in l. eum qui. §. Iulianus. nu. 3. ff. de consti. pecu. 78
7 Reipub. tutio fecit romanos antiquitus præcellere & dominari cũctis nationibus, & in quo cõsistat hęctuitio reip. & tria tempora romanorum destruxerunt & quæ sint. in. ij. constitu. C. nu. 2. 3
1 Romæ qualiter erãt quatuor consules, sed dic q̃ erant in officio alij erant electi vt eis succederent. in l. itẽ veniũt. §. præter. nu. 5. ff. de pet. hære. 179
RVSTICVS excusatur à dolo præsumpto de præterito & quid in dolo præsumpto in futurum vt si vellet producere testes post didicita testificata. in l. j. §. editiones. nu. 10. ff. de eden. 62
1 Rustico sagaci nõ parcitur, & si fruitur rusticitate nõ põt remoueri ab appellando rõne verę contumaciæ. in l. ij. nu. 6. ff. si quis in ius vo. non ierit. 35
1 Rusticate & imperitia excusatur quis à pœna in delictis quę cõmittuntur contra ius mere positiuũ: secus si contra ius naturale, vel quasi. in l. si quis id. nu. 10. ff. de iurisdi. om. iudi. 22
5 Rusticus si tenetur soluere militi quolibet anno iure seruitutis duo paria caponũ, & per decem annos non soluit nisi vnũ par, an præscripserit iuri nõ soluẽdo aliud par. in l. si priusquam. nu. 2. ff. de aqua plu. arcen. 32
5 Rubrica de operis noui nuntiatione est caput libri xxxix. ffoꝝ. non autem voluminis. in rub. nu. 1. ff. de ope. no. nun. 2
8 Rubrica debet continuari & exponi antequã perueniatur ad nigrum. in l. j. nu. 2. ff. si cer. pet. 2
Rubrica appellatur titulus: & quot modis sumatur titulus. ibi. nu. 3.
Rubrica debet esse generalis ad nigrum. ibi. nu. 4.

De litera S.

1 SACERDOS si citatur vt cõpareat cras in tertijs qñ habet dicere missam populo citatio ipsum non arctat, etiã coram episcopo: & si non comparet non potest vt contumax puniri. in l. ij. nu. 3. ff. de in ius voc. 33
8 Sacra non possunt vendi, sed quòd cedant in venditione alterius rei cui cohęreat, & quæ poterat per se vendi. in l. si mercedem. §. si eũ fundum. nu. 2. ff. de act. emp. & vend. 141
1 Sacerdos tanquã persona publica & etiam iudex in pertinentibus ad eorum officium possunt stipulari alicui priuato sicut notarius. in l. j. §. huius. nu. 4. ff. de iusti. & iur. 3
Sacerdos potest stipulari ecclesiæ suę tanquã administrator, & etiam ecclesiæ Ro. vel papæ tanquàm subditus. ibi. nu. 5.
7 Sacrilegij crimen est disputare de potestate principis, an bene fecerit vel non: & qui ponunt tales exceptiones infamantur & puniuntur. in l. sacrilegij. nu. 3. C. de diuer. rescrip. 42
8 Sacrilegium quot modis committatur. in l. si nondum. nu. 3. C. de furtis. 8
1 SALARIVM motum debet solui rectoribus terrarũ in principio officij pro toto tempore: assessori verò in fine officij & quare, sed de consuetudine aliter obseruatur. in l. diem functo. nu. 3. ff. de offi. assess. 19
Vide latius de hac materia ibidem. nu. 4. 5. & 7.
8 Salarium debitum aduocato à clientulis succedit in locũ publici salarij. in l. ex conducto. §. item cùm. nu. 8. ff. loca. 144
7 SAPIENS est qui non petit illicita. in l. non idcirco. nu. 2. C. de rescin. vendi. 259
4 Sapientia qñq; ponit ꝓ calliditate. in l. quęsitũ. n. 3. ff. de cõdi. & demõ. 95
1 Sapere plus noli quàm oportet. in l. non omnium. nu. 3. ff. de legi. 13
1 SATISDEDISTI de iud. sol. pro aliquo quẽ defendebas & postea ille efficiatur non soluendo: quia bona sua inceperunt possideri per creditores habes iustam causam recusandi defensionem & vlterius non litigandi pro eo. in l. mutus. §. qui non cogitur. nu. 2. ff. de procur. 112
1 Satisdatio interdum petitur à non suspecto propter naturam iudicij vniuersalis. in l. si fideiussor. §. si satisdatum. nu. 6. ff. qui satisd. cog. 40
7 Satisdationes iudiciarię quæ hodie præstentur, & quãdo & à quo. in rub. nu. 1. C. de satisdan. 121
Satisdatio rati seu de defendendo, vel de iudicato soluẽdo quòd debeant peti à procuratore ante litem contestatam. in l. vna. nu. 3. C. eo. eodem.
5 Satisdationem si obtulisti, & ego nolui eam recipere cùm nuntiatio haberetur pro remissa: & postea offero me paratũ recipere, an requiratur noua nuntiatio. in l. prætor ait. §. si aliquando. nu. 2. ff. de ope. no. nun. 11
1 Satisdatio præstita pro procuratore consentiente tacitè vel expressè non facit rem esse integram quantum ad expressam revocationem ante lit. cõtest. etiam nulla causa subsistente, nec procurator efficitur dominus litis. in l. si defunctus. nu. 2. ff. de procur. 102
Quid operetur talis satisdatio. ibi. num. 3.
1 In satisdatione de iudicio sisti cum agitur de actu sistendi põt ꝓcedi executionẽ incipiendo ab ipso fideiussore antequã reus sit in mora nõ sic qũ ab eo petitur quantitas. in l. si decesserit. nu. 4. & 9. ff. qui satisd. cog. 39
7 Satisdationes non præstantur coram arbitris. in authen. generaliter. nu. 3. C. de epi. & cle. 19
3 Satisdatio an præstetur pro fideicommissoriuniuersali sicut pro particularibus relictis: & an substituto vulgari sit præstanda. in l. cùm archimedoram. num. 2. C. vt in pos. lega. 122
8 Satisdatio vbicunq; remittitur alicui cum fideiussoribus, debet ille obligare bona sua. in authen. cui relictum. nu. 5. C. de indi. vidu. tol. 100
6 Satisdatio iudicatum solui committitur si causa non defendatur cũ continuet causam de defendendo. in l. si eum hominem. nu. 4. ff. de fideiuss. 71
1 Satisdatio quilibet iudiciaria debet peti ante litem contest. non post. in l. pomponius. §. ratihabitionis. nu. 7. ff. de procur. 110
1 Satisdatio quãdo dicatur voluntaria, & qñ necessaria vt quis ad eam præstandam teneatur. in l. de die. §. tutor. nu. 2. & 4. ff. qui satisd. cog. 41
1 Satisdatio de iudicio sisti, vel de iudicato soluendo debet peti ante litem contestatam à reo, vel eius procuratore sicut satisdatio rati à procuratore actoris. in l. Iulianus. nu. 2. ff. qui satisd. cog. 42
3 Satisdare necesse hũs cũ fideiussore si nõ põt qa nõ reperit qñ nõ releuet à satisdatiõe, sed cõpellat stari soluere. ī l. si cõstãte. §. quoties. n. 3. ff. de sol. 23
1 Satisdatio quæ non debebat si est præstita, an possit condici liberatio. in l. sed & si. §. item. nu. 2. ff. si quis cautio. 49
1 Satisdatio de iudicio sisti extinguitur extincta actione principali. in l. si. nu. 4. ff. de eo per quem fa. est. 46
7 Satisdare qui tenetur cum fideiussoribus si iurat se non reperire releuatur ab eis dandis & sufficit ꝙ promittat cum iuramento, & obliget bona sua & promittat pœnam. in auth. generaliter. nu. 2. C. de epis. & cle. 19
1 Satisdatio vel promissio sequẽs quæ sit ex necessitate à iure imposita non quam nouat præcedentem. in l. non solum. nu. 5. ff. de procu. 108
5 Satisdare si quis tenetur pro euitando pœnam, vel aliquid consequendo, an sufficiat oblatio satisdationis recusata ab aduersario. in l. in pluribus. §. si is cui. nu. 2. ff. de ope. no. nun. 8
6 Satisdatio de iudicato soluẽdo qñ debeat præstari. in rub. n. 2. ff. iud. sol. 110
Satisdatio de iudicato soluendo à quo præstetur. ibi. nu. 3.
2 SCIENTIA & patientia illud quod operatur, etiam operatur ignorantia si erat tale quid ꝙ vniuersaliter si sciuisset passus fuisset. in l. non solum. num. 2. ff. de pecu. 114
2 Scientia alicuius est quędam qualitas annexa personæ quæ non transit in singularem successorem. in l. de peculio. nu. 3. ff. de tribu. act. 105
1 Scies & nõ cõtradicẽs qñ dicat inuitus. in l. ante litẽ. nu. 4. ff. de procu. 102
3 Scire quis dicitur & etiam certus esse de quo vehementer opinatur. in l. si posthumus. §. fiquis. nu. 3. ff. de libe. & posthu. 62
7 Scientia & patientia per longum tempus operatur consensum in his quæ sunt modici prejudicij. in l. seruum communem. nu. 2. C. famil. ercis. 193
7 Scire quid sit. in l. fin. §. quod obseruari. nu. 4. C. de iura calum. 123
1 Scena quid sit, & quando in scenam prodeuntes sint infames. in l. ij. §. ait prætor. num. 1. ff. de infa. 94
2 SCHOLARIS si ponit librum in camera alterius scholaris ipso sciente & patiente non est depositum & non tenetur de custodia. in l. j. num. 3. ff. depo. 125
7 Scholaris si stetit in loco studij per x. annos, an fortiatur forum vt ibi possit conueniri ratione contractus vel causæ celebrari in alio loco. in l. ij. nu. 3. C. de iurisdi. ind. 148
6 Scholaris q cõduxit roncinũ ad vecturã, postea reducat ipm deterioratũ, & locator nõ vult ipm recipere sine ꝑtio deterioratiõis & scholaris ī pœna testiũ ligat equũ aũ domũ locatoris & recessit deinde aliqs terti⁹ equũ surripuit, an scholaris teneat. in l. qui fibi. §. qui ītichũ. nu. 3. ff. de solu. 90
7 Scholaris si posuit librũ suũ in domo alicuius pũte & videte domino domus & inde fuit accept⁹, an ille teneatur. in l. inuitus. nu. 3. C. de procur. 83
2 Scholaris quando teneatur de custodia equi conducti si locans misit famulum. in l. si vt certo. §. si de me. nu. 4. ff. commo. 84
7 Scholarium congregatio super facto rectoris quãdo dicatur legitimè facta. in l. vniuersis. nu. 4. C. de preci. impe. offe. 36
1 Scholares plures si causa commodioris vitæ conueniant se in vna domo licita erit societas. in l. j. nu. 8. ff. quod cuiusque vniuer. 120
1 Scholaris renuntiando priuilegio quod habẽt scholares vel ꝙ dicat promitto non obstantibus quibuscũq; exceptionibus non dicitur per hoc renũtiasse priuilegio fori spãliter. in l. j. nu. 2. ff. si quis in ius vocaverit. 34
1 Scholaris non videtur habere domiciliũ in loco in quo est causa studij & quid si fibi stetit per decennium. in l. hæres. §. si quis. nu. 12. ff. de iudi. 145
2 Si ex duobus scholaribus qui conduxerunt domum alter eorum recedat & alter vtatur tota domo non tamẽ tenetur ad totam pensionem. in l. duo fratres. nu. 5. ff. de acquir. hæred. 134
6 Scholaris cùm haberet pecuniam penes campsorẽ & in infirmitate constitutus volebat ipsam legare quibusdã fratribus, & fecit eam eis promitti ipso viuente & postea conualuit & legatum reuocauit, an fratres ex illa stipulatione poterunt agere. in l. ei qui mandato. num. 2. ff. de solu. 105
2 Scholaris si ꝓmisit & iurauit creditori suo non exire districtũ sine sua le-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index singularium materiarum

gitima: & postea requisitus à patre absente vel episcopo à quo tenebat bñficiũ recessit sine legitima q̃ nõ sit periurus. in l. in operis. nu. 4. ff. loca. 147
3 Scholaris qui soluit matriculam, & postea iuit per officia & stetit p quin quennium antequam rediret desijt esse de matricula, & debet denuo matriculari. in l. filio quem. nu. 5. ff. de lib. & posthu. 68
7 Scholares an dicantur facere vniuersitatem approbatam. in l. si. nu. 7. C. de iurisd. om. iud. 150
7 Scholarium rector si non admittat scholarem ad examen quid iuris. in authen. statuimus. nu. 6. C. de epi. & cle. 21
2 SCRIPTOR an possit retinere quinternum pro pretio scripturæ. in l. si non sortem. §. si centum. nu. 6. ff. de condi. indebi. 55
6 Scriptores si promittunt scribere librum q̃ de proprio attramẽto & cum calamis suis teneantur scribere & etiam de die, non autem de nocte, nec per substitutum. in l. stipulationes. nu. 3. ff. de verb. oblig. 23
5 Scriptum manu mea, an videatur si aliquid scripsisti de mandato meo. in l. nuda ratio. nu. 2. ff. de dona. 42
7 Scripta quæ prius reperiuntur præsumuntur prius facta, sed potest probari contrarium. in j. consti. C. nu. 12. 2
7 Scriptura qualiter dicatur suspecta. in l. iubemus. nu. 2. C. de proba. 210
7 Scriptura priuata facta à parẽtibus quorum interest, quando probet ætatem. in l. neq; natales. nu. 4. & 5. C. de proba. 205
3 Scriptura in casibus in quibus requiritur, si constat q̃ semel fuit confecta & postea perdita est: potest fieri probatio per testes. in l. §. sed consulto. nu. 2. & 3. ff. de his quæ in testa. delen. 83
4 Contenta in scriptura ad quam fit relatio censetur contineri in scriptura se referente ad illam. in l. si ita. nu. 2. ff. de condi. & demon. 90
1 Scripturis officialiũ publicorũ puta gabellariorũ, an det fides: & qd in libris q̃ tenent in armario cõis. in l. quędã. §. nũmularios. nu. 1. ff. de eden. 60
6 Scripturæ alicui se subscribens, an censetur contenta in ea approbare. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. nu. 2. ff. de verb. oblig. 48
Quid si quis prius se subscripsit in schedula vacua. ibi. 1
7 Scripturæ factæ coram iudice vel magistratu etiam per modum voluntariæ iurisditionis dicuntur actа, & debet omnibus fieri copia ipsarum. in l. illud. nu. 2. C. de sacrosan. eccle. 13
7 Scriptura quando discordat à rei veritate statur veritati & non scripturæ, & qñ stetur scripturæ & non veritati. in l. j. nu. 2. C. plus vale. quod agi. 225
4 Scriptura quando de aliquo actu est cõfecta eatenus præsumitur gestum, quatenus reperitur scriptum & nihil vltra, nec præsumitur errore omissum, nisi probetur. in l. cùm propone. nu. 4. ff. de leg. ij. 64
1 Scripturam falsam producens si aliquid obtinet virtute ipsius à iudice dicitur obtinere per obreptionem & tenetur crimine falsi. in l. si autem is. §. item si. nu. 3. ff. de neg. gest. 128
1 Scriptura aliqua q̃ possit cancellari & cassari solo verbo: & an sufficiat cancellare verbo, & qualiter dicatur fieri cãcellatio, & quid in bannis. in l. emptor. §. Lucius. nu. 5. ff. de pac. 83
7 Scripturam propriam negans factam ad probationem si conuincatur, an puniatur. in authen. contra. nu. 8. C. de non nu. pecu. 236
7 Scriptura quæ redigitur ex archiuo publico dicitur publica propter publicum testimonium. si illius qui præsit archiuo sine cuius subscriptione non staretur ei. in authen. ad hæc. nu. 2. 3. & 4. C. de fi. instru. 223
6 Scripturę porrectæ per aliquem in iudicio, vel coram principe statur quo ad ipsum porrigentem. in l. ne satisdatio. nu. 2. ff. rem ra. habe. 118
5 Contenta in scriptura ad quam fit relatio censentur contineri, etiã in scriptura quæ ad illam refertur. in l. institutio. nu. 2. ff. de condi. instit. 109
6 An possit agi ex scriptura priuata in qua aliquis confiteatur se recepisse centum à tali & promittat restituere ad omnem eius voluntatem. in l. Titia quæ §. idem respondeo. el. ñ. nu. 2. ff. de verb. oblig. 52
8 Scriptura notarij continens institutionẽ hæredis quãplura legata nec apparet q̃ testator plus noluerit scribere & continet etiam nomina testium, sed non subscriptionẽ notarij nec signũ & reperit inter imbreuiaturas notarij defuncti, an poterit reduci in publicam formã per illum cui cõmissæ sunt imbreuiaturæ defuncti. in l. hac consultissima. nu. 5. C. de testa. 49
1 Scriptura reddit suspecta ex qualitate psonæ scribẽtis si erat homo malæ famæ: nõ tñ omnino nulla. in l. si qs ex argen. §. cogant. nu. 3. ff. de eden. 59
7 Scriptura notarij, an dicatur publica si non continet testes. in l. solam. nu. 5. C. de testib. 212
7 Pro scriptura quæ habet formam debitam præsumitur, nisi probetur contrarium. in l. si post diuisionem. nu. 2. C. de iur. & fac. igno. 32
1 Scriptura illa põt dici authentica cui de cõsuetudine datur fides, licet non sit cõfecta à notario. in l. quædã sunt. §. nummularios. nu. 2. ff. de eden. 60
6 Scripturę vel instrumẽti tenor semp debet ispici ad sciẽdũ qualiter & inquãtũ qs sit obligatus. in l. fideiussores. §. pro aurelio. nu. 5. ff. de fideiuss. 78
8 Scriptura testamẽti si nõ est cõfecta demandato testatoris, an valeat testamentũ. in l. hac consultissima. §. at cũ humana. n. 2. C. qui testa. face. pos. 44
Testator de cuius voluntate constat scripturam fuisse confectam, si moriatur antequam coram eo & testibus legatur, vel antequam respondeat quòd ita sibi placet q̃ testamentum non valeat. ibi. nu. 3. & 4.
3 Scriptura in quibus casibus requirat vt in sententijs & appellationibus illud q̃ nõ põt percipi oculis cõporeis, licet possit intelligi habet pinde ac si de illo scriptura nõ esset cõfecta. in l. j. nu. 2. ff. de his quę in testa. delẽ. 83
7 Scripturam aliquam si quis porrigit in iudicio in qua continetur aliquid contra se illud sibi nocet, nisi probet illud per errorem fuisse factum, & qualiter probetur error. in l. ij. nu. 3. C. de erro. aduo. 75
3 Si reperitur in scriptura notarij vnum c. pro centum & vnum l. pro quinquaginta. cum ista sint notæ confuetæ non vitiant scripturam, sed habentur pro extensis. in l. quoties. §. sed si. nu. 6. ff. de hære. instit. 88
7 Scriptura publica notarij q̃ non requirat subscriptionem partium nec testium, sed ipsius notarij cum signo suo, cum attestatione eius de testibus. in l. contractus. nu. 6. C. de fi. instru. 219
Vide latius ibi. nu. 7. 14. & 15.
7 Scripturã vnã producens continentẽ vnũ pro se & aliud contra repellitur si cõtinet cõtrarietatẽ: & qd si nõ cõtinet cõtrarietatẽ, & qualiter dicat cõtrarietas & qñ stetur digniori. l. scripturæ. nu. 2. 3. 4. & 6. C. de fi. instr. 217
7 Scripturarum genera duo ex quibus potest fieri comparatio: & ex quibus alijs scripturis fiat cõparatio. in l. comparationes. nu. 2. C. de fi. instr. 222
Vide plura de hoc. ibi. nu. 3. 4. 7. & 9.
7 Scripturã aliquã vetitã produci sub certa pœna si qs ,pducat q̃ ex coipso possit condemnari ad pœnã sine alio processu. in l. ñ. nu. 3. C. vt lit. pen. 38
7 Scripturæ tenor est ille quem oculus comprehendit per interpretationem eius. in l. ad probationem. nu. 4. C. de proba. 210
7 Scriptura priuata, an faciat plenam fidem. in rub. nu. 4. C. de proba. 202
7 Scriptura in quibus casibus habeat maiorem vim quàm testes. remiss. in l. generaliter. nu. 8. C. de non nu. pecu. 238
7 Scriptura publica quæ dicatur. in l. instrumenta. nu. 3. C. de proba. 204
De scriptura priuata ibi. nu. 4. 5. 6. & 7.
7 Scriptura defuncti, an faciat fidem. in l. rationes. nu. 2. & 3. C. de proba. ibi.
3 Scriptura publica si esset confecta, & hæres velit habere plures scripturas authenticas, quid erit. in l. ñ. nu. 3. C. de testa. 45
Scriptura originalis notarij qui fuit rogatus q̃ faciat fidem contra nõ citatos. ibi. nu. 4.
1 Quòd quicquid reperitur in scriptura quæ est penes me præsumatur factum de voluntate mea & quando procedat. in l. ij. nu. 6. ff. de pac. 62
7 Scripturarum publicarum seu authenticarum sex species quibus datur fides. remiss. in l. cum precibus. nu. 2. C. de proba. 208
4 Scriptura vltima quando valeat, & quando inspici debeat in vltimis voluntatibus. in l. quod traditum. nu. 2. & 3. ff. de condi. & demon. 101
7 Scripturã si quis negauit esse de manu sua cũ iuramẽto põt iudex ad conuincendũ ipsum de periurio & falsitate compellere ipsum ad scribẽdum vt fiat cõparatio literarum. in l. verbum. nu. 2. C. ex qui. cau. infa. irro. 78
2 Scriptura priuata quando faciat plenam, & quando semiplenam probationem. in l. admonendi. nu. 42. & 44. ff. de iureiur. 36
Scriptura priuata alicuius officialis vel mercatoris seu artem publicè exercentis quam fidem faciat inter alios. ibi.
5 SEMEL voluisse sufficit quomodo intelligatur. in l. in concedendo. nu. 3. ff. de aqua plu. arcen. 31
3 Semel talis possedit, ergo nunc possidet, non sequitur. in l. qui testamẽto. §. nec furiosus. nu. 2. ff. de testa. 47
7 Semel remotus ab aliquo officio non debet amplius ad illud vocari. in l. placet nostræ. nu. 6. C. de epi. & cle. 17
8 Semel qui fuit repulsus ab officio vel in syndicatu condemnatus amplius ad illum nunquam debet eligi. in l. mancipia. nu. 7. C. de ser. fug. 6
6 Semel q̃ probaui, ampli⁹ approbare nõ possũ ad mei cõmodũ vt cõsequar actionẽ vel exceptionẽ. & qd p indirectũ. l. dispẽsatorẽ. nu. 6. ff. de sol. 97
4 Semel in voluntate qua quis fuit semper præsumitur durare, nisi contrarium probetur. in l. Lucius. nu. 6. ff. de lega. ij. 57
8 Semel quod ruptũ est amplius rũpi nõ põt. in l. ñ. nu. 2. C. de contratab. 24
7 SENATOR qui fuit vel pater eius certo tempore, si postea finitur officium adhuc remanet in dignitate illustri & gaudet priuilegio. in l. fina. nu. 2. & 3. C. vbi sena. vel clarissimi. 156
7 Senat⁹ populi Romani, an hodie possit cõdere legẽ. l. si. n. 2. C. de leg. 34.
2 Senatusc on. mace. cessat, quando aliquis fideiussit pro filio de voluntate patris. in l. sed & si. §. non solum. nu. 3. ff. ad mace. 108
Senatusc õsul. trebellianũ nõ habet locum, nisi qñ quis propriã suam hæreditatem relinquit per fideicommissum. in rubri. num. 2. C. ad trebel. 113
2 Senatusc on. mace. loquens simpliciter de mutuãte filiosa. & sibi denegatur actio debet restringi ad illum qui mutuat sciẽter. in l. j. §. in filiosa. nu. 8. ff. ad macedo. 106
2 Senatusc onsulto velleiano põt renũtiari in iudicio, & in quibus casibus, & qualiter fiat. in l. mulier. §. si mulier pro eo. nu. 3. 5. 6. 7. & 8. ff. ad velleia. 123
2 Senatus. maced. quibus casibus cesset in mutuo facto filiof. in l. sed Iulianus. §. quanquam. nu. 1. 3. & 4. ff. ad maced. 108
7 Senatusc onsultum velleianum cessat fauore libertatis. in l. antiquæ. num. 5. C. ad vellcia. 233
7 Senatusc on. velleianum & etiam macedonianum, licet prohibeat mulierem intercedere vel filiosa. mutuari, non tamen impeditur dari ciuilem & naturalem obligationem: & per consequens actionem, licet tribuant exceptionem. in rubri. nu. 3. C. de non nu. pecu. 234
8 Senatusc on. trebelliani remedia. in l. in testamento. nu. 2. C. ad leg. fal. 123
2 Senatusc õ. mace. licet nõ extẽdat de pecunia ad alias res numerabiles, nec de cõtractu mutui ad aliũ cõtractũ tñ extẽdit de psona filij ad personam nepotis.

Domini Pauli de Castro.

nepotis. in l. filium habeo. nu. 2. ff. ad mace. 108
4 Senatusconsulti trebelliani tria remedia. in l. j. nu. 7. & nu. 1. ff. ad treb. 123
7 Senatusconsultum velleianum quare fuerat introductum. in rub. nu. 2. C. ad velleia. 230
7 Senatusc on. velleianum quibus casibus cesset. in l. si. nu. 4. C. ad vellcia. 234
4 SENEX ita non est aliquis quin adhuc possit sperare viuere quinque annis. in l. hæreditatem. nu. 4. ff. ad leg. falci. 118
6 In his quę percipiũtur per visum puta per scripturã an sufficiat percipi solo intellectu si scriptura erat cãcellata & poterat cõprehẽdi qd volebat dicere, & qd in his q̃ percipiũtur gestu vel auditu. in l. j. n. 2. ff. de verb. obli. 2.
In habentibus rationem reddere personsum corporeum an sufficiat reddere per vnum sensum si confueuit percipi per alium. ibi. nu. 3.
5 Sensus corporei sunt quinq;. in l. qui testõ. §. & veteres. nu. 3. ff. de testa. 47
In his quæ percipiuntur sensu valet testimonium sine redditione &c. si non fuit testis interrogatus. ibi. nu. 4.
7 SENTENTIA iudicis qui producat actionem ante lapsum x. diei & an ab ea appelleat vt impediat eius natiuitas. in l. j. nu. 4. §. de recep. arbi. 116
1 Sententia iniqua ne detur cõtra me licitũ est mihi dare, sed non est licitũ dare vt detur ę̃qua pro me si dedi nõ repeto. in rub. nu. 2. ff. de calum. 136
1 Sentẽtia lata cõtra procuratorẽ falsum põt ratificari à dño in suã prẽiudiciũ, & videtur eã approbare appellãdo ab ea & si fuit lata pro ipso procuratore, an dñs possit eã ratificare in sui fauorẽ. in l. licet. nu. 2. ff. de iud. 155
7 Sententia diffinitiua potest ferri lite nõ contesta. contra officiales, de quibus. in l. si. nu. 2. C. vbi quis de curia. vel coar. 156
5 In sentẽtia in qua pronũtiat nõ esse procedẽdũ propter ineptitudinẽ libelli an iudex delegatus definat p eã esse iudex. in l. iudex. nu. 2. ff. de re iu. 96
Quid si soluit partem ab instantia iudicij. ibi. nu. 3.
7 Sententia late contra adultam qui non habet curatorem, non valet: & qd in interlocutoria: & quid si habuit curatorem qui postea defuit. in l. cùm & minores. nu. 3. C. si aduer. rem iudi. 100
8 Sententia diffinitiua valet in maioribus iudicibus vt sunt potestates terrarum habentes sub se assessores recitatur per notarium coram iudice, & iudex postea dicat & ita pronuntio. in l. hac consultissima. §. at cùm humana. nu. 11. C. qui testa. fa. pos. 44
5 Sententia lata in fauorem actoris absentis, & nõ citati nõ valet etiam si lata sit in instãtiam & petitionẽ rei petentis. in l. furioso. n. 2. ff. de re iudi. 86
8 Sententia in vno articulo reputatur indiuidua, vt nõ possit valere pro parte. in l. ñ. nu. 2. C. de re iud. 154
8 Sententia lata contra vnũ quando noceat alteri, etiã non mãdati nec ratificãti nec sciẽti litẽ motã nec citato. in l. j. nu. 3. C. quires iudi. non no. 157
8 Sentẽtia nõ põt ferri sub cõditione extrinseca, vt si nauis ex asia veniret, si tamen feratur, valet. in l. cùm iudex. n. 2. C. de sen. & interlo. om. iudi. 150
1 Sententia si est lata contra aliquem, qui postea mutauit domicilium, non tenetur talem sententiam exequi, nisi ad literas iudicis loci originis. in l. cùm quædam. nu. 5. ff. de iurisdi. omnium iudi. 25
8 Sententia quando est nulla potest ex eisdem actis ferri noua sententia. in l. j. nu. 3. C. de sen. ex peri. reci. 148
Sententiæ non debent ferri subito sed cum deliberatione & quid si cõtrarium fiat, an sit nulla. ibi.
Sententia non valet si potest probari iudicem non vidisse acta: & sic non adhibuisse causæ cognitioni. ibi. nu. 4.
6 Sententia lata pro parte absente non citata non valet. in l. j. §. item cum ex edicto. nu. 5. ff. quæ sen. sine appel. rescin. 103
1 Sententia potest ferri in procuratorem venientem cũ mandato post litem contestatam: & an etiã dominũ. in l. liberto. §. litẽ. nu. 2. ff. de neg. gest. 133
8 Snĩa lata cõtra filiũ debet ex forma statuti mitti executiõi cõtra patrẽ debet pater ad hoc reqri & citari. ĩ l. si. §. necessitate. n. 15. C. de bo. quæ lib. 134
1 Sententia vbi potest ferri contra absentẽ potest quis cõparere ad ipsum defendendum sine mandato, etiam si sit casus in quo requireretur speciale. in l. non solum. §. item ait. nu. 5. ff. de procu. 109
7 Sententia late de nocte, an valeat. in l. non minorem. nu. 3. C. de transac. 65
7 Sententia si transiuit in rem iudicatam, tunc censentur omnia solenniter acta, & stat ur illius sententiæ. in l. emancipatione. nu. 3. C. de fi. instru. 217
Et quid si non transiuit in rem iudi. ibi.
1 Sententia iudicis incompetentis sicut non infamat, ita nec alius actus gestus ab eo. in l. j. nu. 8. ff. de insa. 94
8 Sententia secunda, an & quando valeat, licet sit contraria primæ & validæ. in l. j. nu. 3. & 4. C. quando prouo. non est necess. 165
7 Sententia lata contra vnum quando noceat vel non noceat alteri. in l. ij. n. 9. C. de fi. instru. 216
1 Sententia ab obseruatione iudicij interlocutoria est: & an ab ea possit appellari. in l. harum actio. nu. 2. ff. si serui. vendi. 205
3 Sententiã declaratoriã sufficit declarare in criminibus & habet vim absolutionis vel cõdẽnationis: & quid in ciuili causa. in l. viro. n. 8. ff. sol. ma. 30
2 Sententia absolutoria lata pro exercitore non prodest magistro & quid in iureiurando. in l. j. §. hæc actio. nu. 5. ff. de exer. act. 99
8 Sententiæ verba quando conferantur in personam procuratoris, & quando in personam domini, & quis eorum sit condẽnandus, & quãdo vterq;. in l. j. nu. 2. & 3. C. de sen. & interlo. om. iudi. 148
Quis eorum debeat citari ad sententiam, ibi. nu. 3.
8 Sententia lata ex falsis probationibus quo iure petatur rescindi. in l. j. nu. 4. C. si ex fal. instru. 157
Non sufficit probare q̃ in causa fuit productus falsus testis vel falsum instrumentum ad hoc vt sententia retractetur horum virtute nisi etiam probetur q̃ iudex fuerit ea secutus. ibi. nu. 5.
Quid si fuerunt producta alia instrumẽta quæ non probentur falsa. ibi.
5 Sententia si est lata contra tenorem alicuius reformationis, quæ non erat in volumine statutorum tradito iudici cum secundum illam deberet pronuntiare q̃ nõ reddatur sententia nulla. in l. cũ prolatis. n. 2. ff. de re iudi. 92
An dictæ reformationes quæ nõ sunt in volumine sint allegandæ & producẽdæ & in termino dato ad producẽdum iura sicut instrumẽta. ibi. n. 3.
1 Snĩa diffinitiua qñ feratur in cõfessum. in l. si debitori. nu. 6. ff. de iudi. 146
6 Sententia lata contra notorium, an valeat. in l. j. §. item cum contra. nu. 2. ff. quæ sen. sine appel. rescin. 146
Quid si est lata per approbationes probatas à iure. ibi.
1 Sententia lata in querela qñ faciat ius & prẽiudicet quo ad oẽs quorũ causa depẽdet ex testamẽto. ĩ l. q repudiãtis. §. cũ cõtra. n. 6. ff. de inof. testa. 169
2 Sententia lata super exceptione parit exceptionem rei iudicatæ sicut lata super actione, & an præscriptio interrumpatur per exceptionis obiectionem. in l. quod in diem §. si rationem. nu. 4. ff. de compensa. 125
8 Sententia non est intelligenda secundũ naturã actionis super qua lata est, sed secundũ naturã verborũ. in l. j. n. 3. C. si plu. vna sentẽtia cõdem. sunt. 157
7 An possit recedi à prima sentẽtia & ferri secunda quæ valeat iure sententiæ. in l. si diuersa. nu. 3. C. de transac. 62
1 Sentẽtia lata in causa status, tunc facit præiudiciũ omnibus qñ est lata cũ legitima cõtradictiõe, aliàs secus. in l. nõ solũ. §. si status. n. 4. ff. de proc. 109
1 Snĩa lata à iudice vnius loci si nõ imploraf officiũ executiuũ, sed actio in factũ, vel iudicati quę orit ex snĩa intẽtata põt actor illã coràm quocũq; iudice intẽtare sine hęres primi iudicis. in l. argẽtarii. §. noũ. n. 2. ff. de iud. 153
5 Snĩa diffinitiua qñ possit reuocari. in l. quod iusit. n. 3. ff. de re iudi. 89
1 Sententia condemnatoria fertur in actione personali, & in illa sit condemnatio iure actiõis nõ officio iudicis mercẽ. & põt etiã ferri declaratoria quæ habebit vim cõdẽnatoriæ. in l. sicuti. §. sed si. nu. 4. ff. si ferui. vẽdi. 206
4 Sententia Imperatoris præualet tãquàm vltima. in l. qui filium. §. fabinus. nu. 4. ff. ad trebel. 150
1 Sententia respectu præsentis status per appellationem rescinditur, sed fingitur non fuisse extincta si deferatur appellatio. in l. tale pactũ. §. qui prouocauit. nu. 4. 6. & 7. ff. de pactis. 81
1 Sententia quando & vsq; ad quantum tempus possit peti declarari nulla. in l. j. §. sed. nu. 9. ff. de ferijs. 53
7 Sententiani nullam si quis dixit, & succubuit: postea vult appellare infra x. dies, an possit. in l. contra maiores. nu. 3. C. de inoffi. testa. 163
8 Snĩa latã prætextu falsorũ instrumẽtorũ si in alio iudicio fuit allegatũ & examinatũ de falsitate licet nõ sit pronũtiatũ expresse, tñ lata sit snĩa: an possit vlterius de falsitate allegari. in l. j. n. 2. C. si ex fal. instru. vel testi. 157
6 Sententia iniusta quæ transiuit in rem iudicatam, an habetur pro iusta. in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 2. ff. de verb. obli. 46
8 Exclusus à vendicando per sententiam poterit ex dominio superuenientę vendicare. in l. pactum dotali. nu. 2. C. de colla. 31
7 Sententia lata in actione depositi super restitutione rei q̃ sit diffinitiua. in l. qui depositum. nu. 2. C. depo. 249
8 Sententia nulla saltem operatur hunc effectum vt faciat finiri iurisditionem iudicis delegati: secus in iurisditione ordinarij. in l. si vt proponis. nu. 2. 3. 4. & 5. C. quomodo & quando iudex. 146
8 In sententia non sunt danda originaria, vel scripturæ alteri parti, sed copia tantum de communibus, vel productis per alteram partẽ. in l. eos qui. §. super his. nu. 3. C. de appella. 161
6 Sententia si fertur parte præsente & in eam dicatur lite contestata iurato de calumnia &c. pars non contradicat, an possit postea dicere non esse vera contenta in instrumento sententiæ. in l. illud. nu. 4. ff. qñ appel. sit. 127
6 Sententia lata ex falsa causa, an valeat. in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 9. ff. de verbo. obli. 46
5 Sententia lata in petitorio pro reo, an pariat exceptionem rei iudicatæ in pos. retinendæ postea intentando per actorem. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. nu. 7. ff. de acqui. poss. 58
2 Sententia lata super accessorijs vt expensis vel fructibus sine certa quantitate valet. in l. certi condictio. nu. 25. ff. si cer. pet. 9
5 Sententia diffinitiua, an possit ferri sub conditione. in l. à diuo Pio. §. in vẽditione. nu. 2. ff. de re iudi. 90
7 Sententia si fit lata pro falso procuratore, an dominus possit ratã habere ad sui vtilitatem. in l. licet. nu. 10. C. de procu. 85
7 Sententia iudicis an requiratur vt actor, vel reus patiatur pœnas. l. in criminali. C. de iurisdi. om. iudi. ibi. nu. 6. 149
7 Sententia principis, vel Imperatoris, vel papæ lata parte non citata nonvalet: sicut nec sententia alterius iudicis. in l. si. nu. 3. C. de legi. 31
7 Sentẽtia qñ fertur per aliquẽ qui nõ præsit territorio, nec habeat familiã mittitur executioni per iudicẽ ordinariũ loci qui præsit territorio, & habet familiam, & sic imperium. in l. episcopale. nu. 3. C. de epi. audi. 26
1 Sententia lata super querela facit ius, licet regulariter secus. in l. Papinianus. §. si ex causa. nu. 2. ff. de inoffi. testa. 166
Sententia lata in quibus casibus faciat ius, & quando præiudicet nuntiatis vel ignorantibus. ibi. nu. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index singularium materiarum

8 Sententia si feratur contra aliquam reformationem nouiter factam, anvaleat. in l.ij.nu.2.C. quando prouo. non est necesse. 166
Snia vel act' qñ nõ valet appellatio est supflua. ĩ l. si vt ꝓponis. n.2.C.eo.
4 Sentẽtia sicut non potest quis decedere cũ duobus testamentis validis, ita super eodẽ non possunt esse duæ diffinitiuæ sentẽtiæ validæ virtute eiusdem instantiæ. in l. si quis priore. nu.3.ff.ad treb. 138
7 Sentẽtia retractatur detecto crimine procuratoris & aduocati, & ipse cõdẽnatur, & causa de nouo agitatur, & si lata est sentẽtia, an sit nulla ipso iure. in l.j.nu.4.5.& 6.C. de aduo. diuer. iudi. 75
8 Sentẽtia diffinitiua nõ potest ferri nec valet nisi interuenerit edictum vel citatio peremptoria. in l. cessante. nu.3.C. quomo. & quando iud. 145
7 Sententia nulla approbata à partibus valet iure contractus, & an oriatur actio. in l. etiam. nu.2.& 3.C. commu. vtri. iud. 197
8 Sentẽtia statim executioni mãdatur post desertionem appellationis, nec habet condemnatus tempus quadrimestre, nec aliud tempus legale ad solutionem. in l.ij.nu.5.C. de temp. appel. 164
7 Sentẽtia an possit rescindi per instrumẽta de nouo reperta, & an requiratur restitutio in integ. in l. sub prætextu. nu.2.& 4.C. de transac. 64 1
6 Sentẽtia iudicis an comparetur contractui, vel vltimæ voluntati, in l. censemus. 5. fi ita stipulatus. nu.5.ff. de ver. obli. 21
5 Sentẽtia lata cõtra defensorẽ, vel pro eo, an noceat, vel prosit illi quẽ defendit nisi ipsam ratam habeat: & an mittatur executioni contra defensorem, & quid in coniuncta persona si agat vel defendere fine mandato. in l. si mater. 5. hoc iure. nu.2.ff. de excep. rei iudi. 103
Sententiam latam pro suo falso procuratore potest quis ratificare ad sui vtilitatem, sicut latam contra eum ad damnum suum. ibi. nu.3.
7 Sentẽtia lata post signaturam supplicationis, & ante præsentationem rescripti valet nec potest, irritari virtute rescripti postea præsentati: sed lata post præsentationẽ rescripti non valet. in l.j.nu.5.C. vt lit. pen. 37
Sentẽtia diffinitiua ꝙ etiã appelletur decretũ sed stricte loquẽdo decretũ sumit' pro alia interlocutoria, vel ꝓ interpositione authoritatis. ibi. nu.6.
Sententia dicitur esse de actis. in l.ij.nu.2.eo.tit. 38
1 Snĩa lata ꝓ reo, an prosit fideiussori, & qd in iuramẽto vel acceptatione facta vni' eorũ & qd in alijs exceptionib'. in l. qđ dictũ. nu.3.ff. de pac. 79
8 Sentẽtia lata à iudice corrupto ꝑ pecuniam, an sit ipso iure nulla, & an sit necessaria appellatio. in l. venales. nu.1.C. qñ prouo. non est necess. 166
7 Sententiam si rex vel dominus pro se figillatam sigillo suo, an tale sigillũ faciat fidem pro se. in l. rationes. nu.4.C. de prob. 203
8 Sententia lata non in termino peremptorij ad quem fuit quis citatus, nõ valet. in l. cùm non eo. nu.2.C. quando prouo. non est necess. 166
Quid si feratur die sequenti. ibi.
6 Sententiæ tenor debet rescindi in scriptura appellationis, & an debeat rescribi de verbo ad verbum. in l.j.§. libelli. nu.5.ff. de appel. 122
1 Snĩa declaratoria si fuit lata ꝙ seruitus debetur, & tñ non erat verum, an ex hac sentẽtia acquiratur de nouo. in l. sicuti. §. sed si. n.10.ff. si ser. vẽ. 206
7 Sententia lata contra maritum an noceat vxori. in l. doce ancillam. nu.3.C. de rei vendi. 181
Sententia lata contra procuratorem, an noceat domino. ibi.
1 Sniæ inuicẽ cõtrariæ valẽt, qñ sunt latæ cõtra diuersas personas etiã super eodẽ, & ad instãtiam eiusdẽ. in l. nã & si pa.§. filius. n.3.ff. de inof. test. 169
3 Sententia si non fiat aliqua declaratio super dote, sed solùm super adulterio commisso per vxorem & separationem tori talis sententia habebit executionem in dote ad commodum viri si vxor efiicitur sui iuris. in l.ꝙ si in patris. §. item si voluntate. nu.3.ff.sol.mat. 5
5 Sententia lata pro me, an prosit illi qui causam habuit à me titulo singulari. in l. si mater. §. si egero. nu.2.ff. de excep. rei iudi. 104
2 Sentẽtia admittit probationem in contrarium per cõcessionem partis. in l. Iulianus. nu.16.& 22.ff. de condi. indeb. 65
1 Snĩæ per quas cõiter diuiduntur contẽtiones amicorum, per medium nõ fundatæ aliqua ratione reprobantur. in l. Nesennius. n.5.ff. de neg. ge. 134
7 Sentẽtia si feratur pro agente & opponatur, an valeat, & prosit sibi vel alteri. in l.j.nu.3.C. sine cen. vel reli. fun. 260
1 Seutẽtia lata cõtra mortuum, licet ignoretur mortuus, an valeat si in eius fauorem. in l. si decesserit. nu.5.& 8.ff. qui satisf. cog. 39
8 Sententia lata in alio loco quàm debuerit ferri, an sit ipso iure nulla. in l. si vt proponis. nu.1.C. quomodo & quando iud. 146
8 Sententia diffinitiua quibus modis ferri possit sine scriptis. in l. nisi breuiores. nu.1.C. de sen. ex peri. reci. 148
8 Sententia lata contra manifestum valet. in l. ciues. nu.2.C. de appel. 162
7 Sententia lata super diuisione prætextu testamenti falsi potest rescindi per restitutionem in integ. & quid si testamentum erat non solenne. in l. si post diuisionem. nu.3.C. de iur. & fac. igno. 32
7 Sententia lata super principali, an faciat præiudicium vel ius in incidẽti. in l.j.nu.3.& 7.C. de ordi. iud. 141
1 Sententia quæ facit ius inter omnes nocet illis qui non fuerunt citati ad causam, nec etiam sciuerunt causam agitari: & quid in alijs quæ non faciunt ius. in l. si suspecta. nu.3.ff. de inof. test. 171
4 Snĩæ forma in causa appel. in l. in ratione. §. cũ quidã. n.2.ff. ad leg. fal. 108
2 Sententia lata inter hæredem verum & eum qui mouit litem de hæreditate facit ius quo ad omnes alios qui de hæreditate non contendũt. in l. si nõ fortem. §. hæred. nu.2.ff. de condi. indeb. 55
5 Sententia quid sit & quid sit res iudicata: & quid effectus sententiæ. in rubrica nu.2.ff. de re iud. 85
6 Sententia licet sit lata secũdùm consilium sapientis, tamen potest appellari. in l.j.nu.3.ff. de appel. 122
1 Præsumitur pro sententia quãuis sit appellatum. in l. si institutus. §. de officioso. el.ij.nu.3.ff. de inof. test. 171
8 Sententia quando est nulla, & quis vult petere declarari de quo in l. si vt proponis, C. quomodo & quando iud. an debeat adire eundem iudicẽ qui eam tulit, an verò superiorem. ibi. nu.5.& 6. 146
7 Sententia lata per falsa instrumẽta vel testes sic ut non resciuditur nisi me diante beneficio restitutionis in integ. ita nec transactio facta prætextu falsorum instrumentorum vel testium, & vnde procedat ista restitutio. in l. si ex falsis. nu.7.& 9.C. de transac. 71
4 Sententia lata contra hæredem institutum, an faciat ius contra alias personas accessorias vt legatarios & fideicommissarios. in l. si patroni. §. actiones. nu.7.ff. ad trebel. 143
1 Sententia lata super nullitate, an dicatur diffinitiua vel interlocutoria: & quomodo possit pronuntiari. in l.j.§. fed si. nu.6.& 9.ff. de ferijs. 53
8 Sententia lata à iudice incompetenti, an sit ipso iure nulla. in l.j.nu.1.C. si à non compe. iudi. 151
1 Sententia absolutoria ꝙ actor nõ ꝓbauit, est diffinitiua, & sic trãsit in rẽ iudicatã, & impedit iterũ agere. in l. argẽtarius. §. cũ autẽ. n.4.ff. de edẽ. 61
6 Snĩa cõtra snĩam, an valeat. in l.j.n.2.ff. quę sentẽtię sine appel. rescin. 127
5 Sententia intelligitur secundum naturam actionis primæ. in l. miles qui. §. decẽ. nu.2.ff. de re iudi. 88
Quid in stipulatione. ibi. nume. 3.
4 Hæres cõtra quẽ fuit lata sententia non fuit in culpa, vel in dolo, fed fecit quicquid potuit, præiudicat legatarijs ignorantibus, & non citatis. in l. si fernus plurium. §. si hæreditatis. nu.2.3.& 5.ff. de leg. 3. 27
2 Sententia lata pro fideiussore quando prosit reo & ecõuerso. in l. duobus reis. §. quod si reus. nu.5.ff. de iureiur. 32
7 Sentẽtia lata cõtra monachũ nõ nocet monasterio: & quid in cõtractu celebrato cũ monacho post ingressum. in auth. cã quę. n.3.C. de epi. & cle. 20
8 Sententia valet si iudex pronuntiat secundũ consiliũ sapientis redditum, vel reddendum: licet non dicat condemno vel absoluo. in l. præses. nu.2.C. de senten. & interlo. om. iudi. 149
Sententia nulla qualiter possit dici iniusta. ibi. nu.3.
8 Si esset condemnatus Petrus Ioãnis de tali porta, vel cõtra: & in illa porta essent duo vel tres ita vocati an valeat sententia. in l. hac cõsultissima. nu.6.C. qui testa. fa. pos. 43
3 Snĩa principis facit ius & lata inter te & me potest allegari ꝓ lege in simili casu inter omnes. in l. proximè. nu.2.ff. de his quæ in testa. delen. 83
7 Sententia si feratur contra procuratorem qui fuit litem contestatus, vel quasi post mortem domini qualiter condemnabitur. in l. procuratoribus. nume.5.C. de procura. 84
7 Snĩa lata q̃ transiuit in rẽ iudicatã, an posset peti vt exhibeatur instrumẽ tũ etiã si dicat se velle de falso accusare. in l. si. n.10.& 11.C. de fide inst. 224
8 Sententia quando retractetur per instrumẽta de nouo reperta. in l. sub specie. nu.2.C. de re iudi. 154
7 Sententia ꝙ partes pro eorum cõsensu possunt facere ꝙ pariat actionem vel exceptionem. in l. cũ antea. nu.6.C. de recep. arbi. 120
Quid si est lata tempore feriato propter messes. ibi.
8 Sententia an sit de actis. in fi. nu.5.C. de re iudi. 155
Quid in datione libelli. ibi.
Quid in absolutoria & ab obseruatione iudicij. ibi.
Quid in diffinitiua. ibi.
2 Sententia quando prosit alteri eo modo prout iuramentũ. in l. si. §. sed & si. nu.2.ff. de iureiuran. 39
1 Snĩa lata cõtra filiũ si nõ haberet peculiũ an mittat executiõi cõtra patrẽ saltẽ in eo qđ tãgeret filiũ, ꝓ legitima. ĩ l. si filius fami. n.13.ff. de iudi. 143
5 Snĩa agens pos. & succũbens sicut ista snia nõ ꝓiudicat in proprietate & quominus possit iterũ agi rei vẽ. ita nec in vsufructu quominus possit agi confessoria pro eo. in l. permisceri. nu.2.ff. de acqui. pos. 68
1 Sententia rescissoria lata pro min' legitimo petitore nõ prodest sibi, sed prodest legitimo. in l. postumus. §. si quis. nu.1.ff. de inoffi. test. 162
7 Snĩa de indebito facit debitum si illud qđ soluisti actione iudicati nõ est à te debitũ nec põt probare qđ sit indebitũ. in l.ij.nu.2.C. de cõpensa. 241
7 Sententia ab obseruatione iudicij, an sit interlocutoria. in l. properandũ. §. & si quidem. nu.6.7.& 9.C. de iudi. 133
5 Sententiam latã pro te quando petis contra me confirmari, an ego ecõuer so possim dare alium libellum in quo petam infirmari. in l. de pupillo. §. si procurator. nu.2.ff. de ope. no. nun. 8
8 Sentẽtia quæ ꝓnuntiatur appellationẽ fore desertã est interloquutoria: tñ habet vim diffinitiuæ. in l. si præses. nu.2.& 4.C. qũo & qñ iud. 146.& seq.
1 Sententia diffinitiua quando possit ferri pro actore ex iure superueniẽte ipsi actori. in l. non potest. nu.8.ff. de iudi. 146
Quid si superueniat ex causa noua, & qd si ex causa dẽ ꝑteritos. ibi. nu.9.
1 Snĩa lata sub cõditione extinseca, licet valeat mero iure, ꝓpter hoc solũ põt appellari & rescindi: & qd si sub cõdit. intrinseca. ĩ l. no quẽadmo. n.7. ff. de iudi. 148
Snĩa põt ferri oĩbus & per oĩa secundum formam cõsilij venturi. ibi. nu.8.
1 Snĩa lata cõtra emptorẽ qualiter & ad quid mandari possit executioni in bonis venditoris. in l. venditor. nu.7.ff. de iudi. 153
4 Snĩa lata nõ viso processu etiam si lata sit pro parte pro qua erat danda nõ valet. in l. multum. nu.6.ff. de condi. & demon. 88
8 Snĩa continẽs incertã quantitatẽ non est valida fauore dotis quando lata est cõtra virũ sup dote recepta. in l. si. nu.2.C. de sen. quæ sine cer. quãti. 151
Quid in promissione mulieris, vel patris eius de dando dotem. ibi.
Snĩa qũ est nulla potest ipse idẽ iudex supplere, vel alter superior ꝓnuntiare super negotio principali ac si illa snĩa nõ esset lata absq; eo quod super nullitate pronuntiet. ibi. numero. 3.
Non appellans à sententia censetur eam voluntariè confirmare. ibi. nu. 4.
8 Snĩa quæ nõ habet in se vigorem sine confirmatione superioris trahitur ad diẽ confirmationis. in l. si quis. §. eius. nu.5.ff. de iniu. rup. & irri. testa. 79
4 Iudicis solus dolus non reddit snĩam nullam, & quid in arbitrio, & qualiter probetur dolus. in l. seruo. §. cùm prætor. nu.2.ff. ad treb. 148
Vide plura de snĩa quando sit nulla. ibi. nu.3.4.5.6.7.& 8.
8 Snĩa lata cõtra absentem & indefensum, an valeat vt nõ possit rescindi ni si mediante appellatiõe. in l. ab eo iudicato. nu.2.& 6.C. qũo & qñ iud. 146
7 Snĩa lata contra procuratorẽ reuocatum qñ noceat reuocatum & si ferat pro tali, ꝓcuratore: an poterit reuocatus ea vti. in l.j.nu.5.C. de satisda. 121
6 Snĩa potest ferri sub conditione intrinseca dummodo illa cõditio inconsueti impleatur. in l. continuus. nu.4.ff. de verb. obli. 53
7 Snĩa condemnatoria an requiratur adhuc vbicunq; habetur quis pro confesso. in l. si. §. quod si. nu.2.C. de iura. cal. 125
6 Snĩa lata cõtra vnum ex hæredibus ex causa hæreditaria, an præiudicet alteri. in l. ab executore. §. alio. nu.3. de app. 123
7 Pro snĩa an agatur via executiua, an actione iudicati quæ sit differentia. in l.j.nu.12.C. de iudi. 128
1 Snĩa etiã iniusta si lata est seruato ordine iuris qualiter facit ius & valeat, ac transeat in rẽ iudicatã & qñ sit nulla, & quid si in libello vel rescripto petit vel dicat fiat ius vel iustitia. in l. ius plurib'. n.5.& 6.ff. de iu. et iur. 111
7 Iudex si apponat hanc clam in snĩa ꝙ si sit lata in minori vel maiori pœna ꝙ lex vel statutum dicat ꝙ nunc reducit eam ad pœnam à lege statutam, & imposuit minorem pœnam ꝙ non censeatur cum infamia dispensatum. in l. & si seuerior. nu.6.C. ex qui. cau. infa. irro. 76
5 Sentẽtia iniusta respectu partis valet, & transit in rem iudicatam. in l. præses prouinciæ. nu.2.ff. de re iudi. 92
6 Snĩa absolutoria si est lata pro vno ex correis debendi super facto an pro deat correo. in l. ex duobus. nu.2.ff. de duo. reis stipu. 60
2 Snĩa condẽnatoria non debet prodesse condemnato sed nocere: & qñ condemnatus habeat exceptionem rei iudicatę. in l. si seruus. §. bone surrepto. nu.7.ff. de condi. furti. 71
1 Snĩa qñ est nulla iudex non facit litem suam, nec potest conueniri tempore syndicatus. in l.j.§. hæc autem. nu.3.ff. quod quisq; iuris. 27
1 Snĩa lata contra fideiussorem qđ non præiudicet principali, & quid econuerso. in l.& post. nu.5.ff. de transac. 88
5 Snĩa lata per falsos testes etiã pecunia corruptos valet mero iure, sed cõtra eam datur in integ. resti. & corrumpens punitur criminaliter. in l. diuus Adrianus. nu.1.ff. de re iudi. 92
5 Sententia lata contra defunctum an valeat: & an liget hæredẽ. in l. in summa. §. si quis. nu.1.ff. de re iudi. 97
5 Sententia lata in possessorio non præiudicat in petitorio, in l. & an eandem. §. si quis. nu.1.ff. de excep. rei iud. 106
5 Sententia an debeat pro me ferri, si nõ probaui de directo dominio, sed de vtili. in l.ij.nu.2.& 3.ff. de condi. insti. 107
1 Sententia arbitri non producit actionem in factum nec executionem licet metu pœnæ sibi parceatur & ideò non potest ab ea appellari. in l. quid ergo. §. ex compromisso. nu.2.& 3.ff. de insa. 98
8 Sententia prima videtur confirmari, qñ pronuntiatur appellationem fore desertam. in l. si præses. nu.4.C. quomodo & quando iud. 146
2 Sentẽtia lata pro eo qui nõ fuit cõtumax, an valeat. in l. ea quæ. n.2. ibidẽ.
7 An illa quæ possunt fieri vsq; ad sententiã possint etiam fieri post, si à sententia fuit appellatum. in l. si. nu.2.C. de erro. aduo. 75
3 Sententia licet producatur non tamen sequitur, ergo præcesserunt acta, ni si aliter probetur. in l. illud. nu.3.ff. de acqui. hære. 134
7 Sententiam declaratoriam ferri absq; condẽnatione pœnę sufficit in crimine etiam ciuiter intentato. i. ad pœnam applicandã parti. in l. decuriones. nu.3.C. ex qui. cau. infa. irro. 76
1 Sententia lata in petitorio pro vno, an & quãdo noceat alteri in possessorio. in rem. l. si de vi. nu.17.ff. de iudi. 151
1 Sentẽtiæ ex tenore si apparet manifestè de ipsius iniustitia vel ex ꝓcessu tũc alius iudex qui debet eã exequi potest exceptionẽ de iniustitia admittere, nec tenetur illam snĩam exequi, sed remittet ad illum iudicem non autem pronuntiat illam esse iniustam. in l. si prætor. nu.2.ff. de iudi. 160
1 Sententia contra quem est lata super aliqua re, licet deserta sit appellatio non priuatur tamen possessione illius rei quousq; facta sit executio si res est corporalis. in l. sciendum. §. si fundum. nu.2.ff. qui satisf. cog. 44
5 Sententia lata contra vnum aliquãdo præiudicat alteri etiam ignoranti, & non citato. in l. sepe. nu.5.ff. de re iudi. 98
1 Sententiæ in querela forma, & etiam libelli. in l. qui repudiantis. §. cũ contra. nu.2.ff. de inoffi. testa. 169
2 Sententia non potest dici lata ex falsis attestationibus, nisi quando fuerũt recepti, nisi falsi testes. in l.j.§. prætor ait. nu.6.ff. de posses. 125
1 Sententia lata contra testes accusatos de falso non nocet parti quæ ipsos produxit, sed debet alia sententia ferri contra partem, vt sententia infirmetur. in l. Lucius. nu.2.ff. de insa. 99
8 Ex sententia quæ transiuit in rem iudicatam oritur duplex remedium. in rubri. nu.1.C. de execu. rei iudi. 155
1 Sententia diffinitiua licet iniusta valet si seruata est solennitas, nisi sit expressa in sententia falsa causa. in l. cũ hi. §. fi prætor. nu.6.ff. de transac. 89
6 Snĩa si est lata cõtra absentem ad hoc vt sibi currat tempus appellandi, an sufficiat quod fiat notificatio ad domum suam. in l.j.§. fi aduersus. numero. 2.3.& 4.ff. quando appel. sit. 127
